



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Rosa In Hieme**

**Mertz, Martin**

**Antverpiæ, 1627**

Capvt III. Patientia eius in morbo sufferendo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42750**

lito vitæ feroore ac sedulo exercitiorum studio remisit. Ipso sanè fatalis morbi tempore, expansis in modum Crucis brachijs, diutissimè orans deprehensus fuit; & adeò quidem feruidè ac cum tanto deuotionis sensu, vt ad se ingressos ac propius astantes penitus non aduerteret, vti duobus præser-tim ex alio Cœnobio Rothum appulsis Fratribus, & ad eum inuisendum hypocau-stum in quo decumbebat ingressis, conti-git: quod postmodum aliis crebriùs de ipso narrarunt, in magnæ eius deuotionis & fer-uoris argumentum, Rosarij sphærulas pre-catorias semper manibus circumferebat; & quocumque ingredetur, vbi cumque cōmoraretur, Virgini immaculatæ Domi-næ suæ clementissimæ, cuius seruitio totum iam inde à puero se mancipauerat, rosas il-las Angelicæ Salutationis, cum intermedijs Orationis Dominicæ violis, ex intimo corde & inflammato pectore assiduus offerebat.

## C A P V T I I I.

*Patientia eius in morbo sufferendo.*

**I**N omni VVILHELMI vita supra reli-quas virtutes vniuersas constans & ma-gnanimis Patientia facile semper præemi-nere visa fuit: circa graues tamen morbi

F 2 atflī-

84 VITA WILHELMI ROTHENSIS  
afflictiones potissimum enituit : tantam  
enim in ultimum usque mortis punctum  
tenuit , ut si quandoque ( quemadmodum  
Magistro eius accidit ) quis ad eum com-  
monendum accessisset , ut patienter se ha-  
beret , C H R I S T I Sanctorumque exem-  
pla proponens , ægrè quodammodo ferens  
responderet : Ah quid me ad cultum pa-  
tientiae cohortamini ! indignum profectò  
est , C H R I S T O sacram , eiusque sacris  
legibus imbutum , ad hanc virtutem com-  
monitione indigere : nullus certè C H R I-  
S T I seruus ad hanc commonefaciendus ;  
ipse perse ut id præster , curare debet . Ita  
scilicet patiens VVILHELMVS hanc nobi-  
lem virtutem sibi propriam fecerat , tan-  
taque consuetudine deuinxerat , ut indi-  
gnum reputaret quemquam Christianum  
hominem ad eam commoneri debere .

## C A P V T I V.

*Angeli cum eo Horas persoluunt.*

P ER singularem & altissimam corporis  
animique integritatem , nec non reli-  
quias perraras ei ætati virtutes , in tantam  
cum Angelicis mentibus familiaritatem  
ac consuetudinem venerat , ut ægritudinis  
suæ tempore , cum statas Ecclesiæ iuxta Or-  
dinis